



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales

Qvibus Totvm Hominis Christiani Officivm Explicatvr; Quídque is fugere,
quid agere debeat, quàm exactiſimè traditur

Segneri, Paolo

Augustæ Vindellicorum ; Dilingæ, 1695

Discvrsvs XXIII. De gravi malo Luxuriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45964](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45964)

Zelo iustitiæ inductos se veniam negasse.

XXXI. *Memento novissimum, & desine inimitari.* Non sentire primos iracundiæ motus Angelorum est (dicebant Sancti illi Eremitæ incolæ) sed iram nunquam deponere, est Diabolorum. *Desine inimitari.* Finiamus denique omnia iurgia, & hodierna quidem sic illa beata dies, quâ finiamus. Veniam proximo concedamus, ut pacem cum Deo nunc & in futurum habere mereamur, qui Adversarij nostris etiam tacentibus reconciliationem nobis imperat: *Vade reconciliari fratri tuo.* Et si passio nostra dubias nobis hæc palmas facere conatur, ad Deum recurramus, qui favo-

Matth.
5. 14.

re suo nos fortes efficiat; & in hac pugna victores Davidem imitemur, qui cum in promptu haberet de Sabe inimicissimo sibi Rege vindictam mere, continuit sese, & Deum, ut in vehementi hac tentatione sibi succurreret, invocavit: *Propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini.* Et si Deus a vota vocatus tam fuit ad subveniendum servo tuo promptus, eoque triumphum inter omnes, quos de se referre homo potest, maxime prodigiosum concessit; non dubitemus, quin etiam nobis sit adfuturus, ut tam signa facta si non æquare, imitari saltem valeamus.

DISCURSUS XXIII.

De gravi malo Luxuria.

I. **N**escio, an unquam forsulerit, ut alicujus ex bibacibus illis decoctoribus lateri assideretis, qui omne suum tempus in cauponis absumunt, quasi tam solam ob causam vivant, ut vorent, & vorent, ut bibant. Hoc si vobis accidit, statim, credo, animadvertetis gravius eos vinum redolere, quam dolium, a quo regrediuntur; ipsi tamen soli fetorem non notant, & cum alijs omnibus sint intolerabiles, sibi soli in rem tam facta non displicent. Habetis in his talibus Luxuriosi hominis

imaginem. Quemadmodum enim qui sobrius sunt, redundantis illius ni fetorem sentiunt, non item, qui illo sunt ebrii; ita Sancti, & omnes boni infinito odio omnes sensum spurcitiem persequuntur: cum contra illi, qui libidine inquinati sunt; quantumcunque coram Deo & hominibus plusquam mortificati fuerint, fetoris nihil quidem percipiunt, ac dicant: quid mali est sensum quaedam fragilitas? omnium, quæ facit homo, malorum minimum est. Videamus nonnihil, an ab huiusmodi ebriorum cerebro fuerint has exhalationes excutere valeamus, quibus

quibus miseri ita rationem obfuscant. Dicunt, parum mali Luxuriæ inesse: ego contra illis ostendam, nullum malum magis esse formidabile, cum hoc frequentius longè, quàm alia peccata omnia, manifesto damnationis æternæ periculo hominem exponat.

II. Adeste igitur vos omnes, qui asseritis, Libidinem inter omnia hominum vitia esse minimum. An affirmatis, Luxuriam peccatum esse mortale: quod si negatis, hæresis notam non effugitis, & Sacris Paginis manifestè contradicitis, quæ libidinosos locis compluribus à regno Dei excludunt. *Nalite errare. Neque Fornicarii, neque Adulteri, neque Molles, neque masculorum Concubitoris Regnum Dei possidebunt.* Ia protestatur Apostolus. Si autem inter peccata mortalia accensetis, quæ ratione affirmatis, Luxuriam inter exigua esse mala, quin hoc ipso, non Fidei tantùm, sed & Rationi repugnetis? Exiguam malum Peccatum mortale? Peccatum in Deum commissum quandam infinitatem habet ex infinitate Divina maiestatis, tanto enim offensæ est gravior, quanto major ille, in quem delinquatur. Ait S. Thomas. Peccatum mortale, cum sit injuria Dei infiniti, certam quandam malitiæ infinitatem involvit, tantæ deformitatis abyssum, tamque diabolicam malignitatem, ut nulla unquam cogitatio eam sufficienter valeat apprehendere. Et ista malitiæ abyssus, quæ fundum non habet, exiguum ac modicum vobis malum videtur? Itane verò? Animis

vestris subjicite, quod ad exsolvendum actum inimicum, quem contra puritatis leges admisistis, omnes simul Angeli Divino se tribunali sistant, & ad pedes Throni Divini inflammatissimum suum amorem, tanquam lytrum, aut summam capitalem, deponant; Patriarchæ omnem suam fidem; Prophete suam fortitudinem, Apostoli prædicationem suam & itinera, suum Martyres Sanguinem, Puritatem Virgines, Episcopi sollicitudinem, Pœnitentiam suam Confessores; adijcite insuper totam Sanctitatem, quæ transcendit omnem æstimationem, Magnæ Matris Virginis; totus iste meritum omnium cumulus in unum collectus tanti non foret pretij, ut vel unicum lacryvæ guttur ex innumeris, quos hinc inde deliquit, condignè valeat expungere: & si eundem thesaurum roties, imò pluries geminaretis, quàm stellæ in Firmamento resplendent, necdum æquaretis debitum; cum hoc sit infinitum, finita autem Satisfactio; unde ad complendam solutionem minus aliquid, quàm quod Christus Jesus Dei Filius de suo posuit, non sufficit. Et debitum tam grande tam exigui in bilance hominum ponderis habetur, ut pro vili levi que habeatur? O bilancem, verè mendacem! *Mendaces filij hominum in stateris!*

III. Quod si autem Luxuriæ peccatum non absolute, sed comparative tantùm pro pævo à vobis habetur; hoc est, non modicum quidem in se, sed ut ad ipsos peccatis mortalibus comparatum,

EGNERJ
IO CRISTIANUS

Leffius
l. 13. de
Perf.
Div. n.
137.

S. Thom.
1. c.

paratum, vehementer etiam in hoc erratis: nam etiam si hoc veritati foret consentaneum, quâ ratione exiguum vestrum huius peccati horrorem excusaretis; Quid enim interest, sive ex alta turri, sive ex loco aliquo humiliori decidatis, si caput æquè in uno, ac altero casu frangitis? Mors quælibet, mors est, undecunque proveniat, & omnis culpa mortalis, culpa mortalis est, seu talis, ex qua Anima in exitum æternum, quæ mors ipsius est, ruat.

IV. In hoc insuper fallimini non modicè, si credatis, Luxuria peccata esse naturâ suâ omnibus alijs mortalibus minorâ, nisi alio ex capite aggraventur. S. Thomas Doctor Doctorum clarissimis argumentis demonstrat, libidinem naturâ suâ, solo homicidio excepto, omnibus alijs sceleribus, quibus proximus impetitur, esse graviores, detractio etiam, & furto; siquidem Luxuria bono ipsius vitæ opponitur, Detractio verò & Furto bonis famæ & fortunæ, quæ bona ambo bono vitæ inferiora sunt, atque idcò soli homicidij malitiæ cedit: hoc enim vitam auferit & ipsum esse tollit illi, qui ad vitam jam natus est. Luxuria autem, etsi esse natum non auferat, nascitura tamen esse inhonorum, inordinatum, & illi, quod natura intendit, contrarium affert: hæc enim odit vitam, & esse ulli proli dare, nisi, quantum in se est, eidem etiam præparât bene esse. Quibus igitur in Scholis Theologiam hanc vestram perversam didicistis? quæ loco ultimo, inter cetera peccata,

peccatum luxuriæ reponit? Forfitan tenebris illis obscurissimæ & infernalis Abyssi? Sed neque hoc credo, cum ipse Cacodæmon mendacia tam non ex sua, quantum vis pestilentiæ cathedra, venditare non auderet.

V. Sed ut clariùs hoc periculum æternæ perditionis, in quod Luxuria vos conijcit, vobis innoretur, in hunc modum vobiscummetipsis disserite. Ad salvandam quamvis animam duæ voluntates requiruntur, Divina altera, altera humana, quæ ambæ in eam rem consentiant. Necessarium omnino est, ut, ne salute excedam, Deus salvum esse me velit; sed & necessarium est, ut salvus ego esse velim; quapropter vitium illud, quod præ ceteris hisce duabus voluntatibus se opponit, easque reddit inefficaces, etiam plus salutis meæ opponitur. Jam, quod Dei voluntatem continet, licet illa omne peccatum mortale tanquam hostem suum averteret, eaque causâ tantum illud odesit, quantum amat semetipsum; nihilominus contra nullum hæctenus majus odium alienationemque ostendit, quam contra carnis peccatum.

VI. Gravissimi Authores observant, collatis omnium temporum historijs, præcipuas quasque orbis terræ Monarchias ob peccatum libidinis ad nihilum redactas fuisse; ut homines, qui summi æstimant alijs dominari; Imperijs ac Regnis privati intelligerent, quantum Deus sordes illas & iniquitatem abominetur, quæ ipsam ad hanc de ijs pœnam sumendam impellerent. Nôsse igitur debetis,

2. 2. 9.

254. 4. 3.

S. Thom.

c. Gent.

l. 2. c.

122. &c.

quinque ante Christum natum Monarchias extitisse, seu Imperia longe maxima ac precipua, quæ plusquam cetera fines suos ac limites extendunt. Prima Monarchia fuit Assyriorum; cui post annos mille trecentos ac quatuor Sardanapalus libidine sua finem imposuit; qui ita sordidissimo huic vitio deditus erat, ut in grege feminarum à se amatarum vitam ageret, vestiretur ut femina; ut femina solum diceret, & in omnibus feminam referret: quæ causa fuit, ut Belliducum nonnemo in paucis ipsi charus, Arabes nomine, tantam rei indignitatem non ferens amplius, Regno eum exturbaret, aut, ut dicamus verius, Divinæ Justitiæ instrumentum se faceret ad eum solio pellendum. Altera Chaldeorum fuit, quæ post annos centum octoginta tres in libidinoso Balthasare expiravit, qui inter Concubinas suas mensæ assidens damnationis suæ sententiam divina manu in pariete exaratam ipse legit, atque eadem ipsa nocte executioni datam ditißima cæde complevit. Persarum fuit tertia, quæ post annos ab origine sua ducentos & octo in Dario Rege eversa est, adeo effeminato etiam ipso, ut Athenæo teste, ab illius morte in palatio regali trecentæ viginti novem feminæ, quæ detestandis ejus voluptatibus servierant, repertæ fuerint. Utque manifestum fieret, ingens hoc Imperium non aliam ob causam fuisse eversum, quàm ob Libidinis vitium, Divina Justitia Alexandro, adhuc dum casto, illud concessit; quem tamen ipsum, ubi turpibus his

voluptatibus se deditit, ad exordium anni septimi, hoc est in medio victoriarum cursu, quin & ipsius vitæ, è solio & vita abstraxit; ita ut per feminas summum illud Imperium amitteret, quod feminas fugiendo occupaverat. Regnum subinde Græcorum in plures Dominos distractum demum concidit in Cleopatra, feminâ tam libidinosâ, ut Meretrix publica dici posset, si Regina nata non esset. Ultima denique, eaque ceteris major, penes Romanos fuit, ut per continentiam acquisita, ita per Luxuriam deperdita, uti pluribus ostendit S. Salvianus Episcopus; qui insuper ostendit, Africam, Hispaniam & Galiam impudicitia sententiâ fuisse tunc, cum à Vandalis diriperentur; qui, cum boni aliàs nihil haberent, in sua barbarie, casti tamen erant. Unde ut idem Salvianus notat, famosissimis illis cladibus ceu Sanguineis characteribus, Deus mundum docere velle visus est, quanto in pretio habeat Castitatem, quanto contra odio Incontinentiam persequatur. *Ostendere Deus voluit, quantum et odisset carnis Libidinem, et diligeret Castitatem.* Complures alias his similes poenas possem referre, easque temporibus nostris magis vicinas, quas tamen, cum & hæc forsitan rudioribus sint nimis, consultius omitto. Interim hanc animis vestris veritatem altius imprimite, minime gentium verum esse, quod nonnulli æquè indocti, ac impij effutiant: *Deus peccatis carnis compatitur; non ignorat, carne nos, non are constare; non solum errant ita ratiocinantes*

St 3 sed

EGNERI

IO CRISTIANUS

13

sed è diametrum oppositum proflus cum veritate concordat: nimirum, quod gravillimè omnino & communes peccata contra mortales non aliud ob peccatum magis, quam luxuriam statuantur.

form. ser. a. per. Dom. quadr. *Luxuria facinus præ alijs atrociori vindicta punitum legimus S. Thomas Villanovanus scriptum reliquit. Id quod tam apud Doctores receptum est, ut tam ille, quam alij communiter hoc indicio colligant, quod peccatum, propter quod Ninivitis everfionem Deus minitatus est: adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur, peccatum carnis fuerit, cum nullibi stragem adeò universalem in vindictam alterius cujusdam peccati legamus; unde ruinam vastissimam hujus civitatis, per quam tridui erat iter, nulli alteri, quam Luxuriæ vitio, verosimilius adscribimus, quæ sine fronte per eam liberè grassabatur.*

VII. Verùm quid conjecturis opus est, ubi ipsa Scriptura tam apertis rem notis palam facit? Gemino Diluvio Deus in scelestos animadvertit, ignis uno, aquæ altero, utroque propter grassatam passim libidinis luem. Integre quatuor civitates, cum agro septuaginta miliaria longo, & novendecim lato (& quod plus est, non paucæ hominum myriades, qui florentem, fertilem, & Paradisi æmulam Regionem incolerant) uno quasi momento absumptæ sunt igne caelitus delapso in penam illorum solummodo peccatorum, quæ vos adeò compassione digna judicatis. Et tamen Deus tam patrum ipsi est compassus, ut usque ad saxa omnes illorum plateas ac domos

in cinerem redigeret: nunc etiam post tot annorum millia, in odij illius testimonium, quo Deus Luxuriam detestatur, fructus omnes, qui illa regione nascuntur, sub pulcherrimo, quo obteguntur, cortice nil nisi cinerem abscondunt. Hoc tamen, cum illo altero aquæ Diluvio in comparationem nullatenus venire potest, quo Deus universæ terræ fordes veneras voluit eluere, omnibus, si octo demas, hominibus suffocatis. Agebat tunc Mundus in flore quasi suæ juventutis, terra enim hominibus multò amplius abundabat, quam nunc abundat; & hi complexionis erant tantò robustioris, quantò vitæ erant longioris. Quæ pauciores vitæ annos numerabant, ad septingentos ascendebant; eorumque multi tantis tamque robustis erant corporibus, qualia illorum fuisse necesse est, quos Sacra Pagina Gigantes compellant. Præterea omnes tunc temporis matrimonio se illigabant, multi etiam conjuges sibi plures asciscabant: unde factum, ut sola Jacobi familia in Aegypto non integris quatuor seculis in tantam multitudinem excresceret, ut ex ea sexcenta millia bellatorum, non numeratis senibus, sæminis & parvulis recenserentur. Et hoc, postquam multò arctiore spatio mortalium vita erat definita. Unde colligi facile potest, quanto numero intra mille trecentos quinquaginta sex annos, à condito Mundo ad diluvium elapsos, quo ipso tempore adeò vita protraheretur, terram incolæ habitarent. Et tamen tanta, & quæ omnem fidem superat, multitudo hominum

V. C. 11. in Gen. c. 10. n. 22.

niam, cum de puniendis eorum luxu-
 ria ageretur, nullum in bilance Divi-
 nae Justitiae omnino pondus habuit.
 Eodem tempore, quo suis voluptati-
 bus frenata laxabant, & suis vacabant
 cupiditatibus, mensis Majo, quo li-
 bido magis exarsit, cataractae caeli
 apertae sunt, & tam copiosa quadra-
 ginta dierum, & quadraginta noctium
 pluvius, aqua decidit, ut montes om-
 nes transcenderet, hominesque &
 animalia, ipsamque etiam terram,
 centum quinquaginta dierum spatio
 sepeliret: *Gen. Diluvium, & tulit omnes.*

VIII. Considerate igitur res hoc
 loco circumstantias, seu ad juncta sup-
 plicij longè horridissimi, quae pluri-
 mum ad rem nostram faciunt. Inpri-
 mis ipse Deus voluit executor esse; &
 licet in circumagendis tam artificiosè
 Caelorum orbibus, & servando naturae
 cursu, caelestium Intelligentiarum o-
 peraturatur, in plectendis tamen libi-
 dinosis hominibus Angelos noluit ad-
 huc. *Ecce ego adducam, ait, aquas
 diluvij super terram, ut interficiam om-
 nem carnem; ut ne unquam homines
 sibi persuaderent, in hac tam univer-
 sali inundatione aut suas caeli stellis
 partes fuisse, aut tempestatum anni
 imperie, aut Angelorum, qui haec
 curant, ministerio. Ego pluam, (ait
 denuo septem diebus antè, quàm di-
 luvium immitteret) Ego pluam, quasi
 timeret, ne caro suo Noè nondum
 satis persuasum esset; pluviam hanc
 non alterius quàm Divinae suae Justitiae
 immediatum effectum esse: & quia
 haec Justitiae integra debebat satisfa-
 ctio praestari, ipse Deus voluit Arcæ*

fores ocludere ac pessalum obducere:
Et inclusit enim Dominus deforis, c. 7. 26.
 Ut scilicet illi pauci, qui in hac navi
 salvi evadebant, miseratione moti non
 possent quemquam infelicitè naufraga-
 antium, & illorum opem imploran-
 tium recipere. Fateamur igitur o-
 portet, vehementer ipsum DEUM si-
 bi cordi habuisse communem hanc
 perditè lascivientium everisionè, cum,
 quae ad hanc faciebant, omnia propria
 quasi manu exequi voluerit.

IX. Præterea etiam tempus, quod
 supplicium hoc duravit, summam
 Dei sollicitudinem demonstrat, quæ
 Deus ad castigandum hoc vitium fere-
 batur. Nam quadraginta dierum
 pluvij copiosissimis non solum om-
 nes, qui extra Arcam erant, homines
 sustulit; *tulit omnes, sed etiam, ut di-
 xi, omnes montes universae terrae aquis
 mensis eam undarum abundantiam, ut al-
 tissimos & inaccessibiles alpium vetri-
 ces quindecim cubitis transenderent;*
 voluit insuper, ut post extinctos om-
 nes reos, aquae centum ipsos & quin-
 quaginta dies super eorum capitibus
 consisterent, quasi odium, quod Deus
 in Lascivos conceperat, nec dum tanta
 strage edita ex toto fuisset extinctum.
 Haud aliter fere ac homo irâ effertus
 solet facere, qui postquam hostem su-
 um prostravit, confectisque, læpius ta-
 men ad eum vulnerandum redit, figit
 ac refigit denuo in occisi pectore gla-
 dii, quasi indignans, quod non nisi una
 morte inimicū possit de medio tollere.

X. Tertia denique funesta circum-
 stantia universalis hujus supplicij ex
 verbis eruitur, quibus Deus usus est
 ad

EGNERI

IO CRISTIANUS

MDC

13

ad exprimendam gravitatem culpam à se vindicatarum. *Tactus dolore cordis intrinsecus delebo inquit, hominem quem creavi, à facie terræ: ab homine usque ad animantia: poenitet enim me fecisse eos.* Overba horrifca! Ita Divina non est ut ira nostra, hoc est, passio quædam, quæ turbet animum; iudicium est tranquillissimum, quo infinitum in peccata odium concipit, eaque poenis ad rectum rationis ordinem reducere molitur. *Tu autem cum tranquillitate iudicas.* Et tamen, ut hominibus notum fieret, quàm abominabilibus se spurcitijs tædassent, hisce modis loquendi utitur sibi tam impropijs, poenitentia scilicet, horrois, doloris etiam altissimi: quos ille in nullo hæcenus plectendo scelere usurpavit: ut scilicet mortales omnes, etiam deinceps nascituri, perniciosissimam hanc persuasionem dedocerentur, quâ facillè inducuntur, ut hoc peccatorum genere, ceu minus gravi, se contaminent.

XI. Interim vellem, ut in his profundissimis undis tanquam in speculo inconsulta illa femina se contemplantur, quæ tantâ se facilitate seduci ab illis patiuntur, à quibus audiunt, peccata Libidinis ex omnibus, quæ in mundo fiunt, peccatis esse minima. Certum est, quòd Divina Nemesis brachio nunquam fortiore hæcenus mortales flagellavit; siquidem in hac inundatione non aliqui illorum tantum, sed omnes perière, ocfonis tantum salvis; non ob Idololatriæ crimen, quo Mundus necdum involutus erat, nec in poenam Blasphemia, Perjurij, Sortilegij, Detractionis, Fraudis, Furti

ac Homicidij, sed unius Luxuriae. *Non permanebit Spiritus meus in homine æternum, quia caro est: id est nimis temporatus peccatis carnalibus,* ut ibidem Glossa loquitur. Si supplicia à Deo immilla signa indignationis sùnt, ad quæ illum peccata nostra concitaverunt, cum veritate dici potest, peccata impudicitia Deum ad implacabilem distat onè comovere, cum videamus, nulla æquali rigore mulctari. *Nisi Deus gravissimè huiusmodi libidibus offenderetur, nunquam tam atroces in Libidinos exercisset vindictas: occludit summus pariter ac sapientissimus Valentia Archiepiscopus, supra ad ductum.*

XII. Verùm cur tanto peccata carnis horrore Deus averfatur, inquietus, cum animum, quamlibet serenum, hæc passio non delinat stygijs vaporibus oscufcare? Queritis: cur tan volentæ eius rei causa later? Summa nimirum dissimilitudo hoc efficit. Sic enim amor in conformitate & convenientia fundatur, ita in difformitate & inconvenientia fundatur odium. Propterea ignis tanta alienatione ab undis diffidet, ut cum unâ tantum aquæ stillulâ fuerit perfusus, illico strepitufcens, & nullatenus tollerare valeat; non alia de causa, quàm quòd cum Aqua natura sua pugnet, & qualitatibus repugnantibus præditus sit. Cum igitur Deus Spiritus sit purissimus, eum videt Animam totam quantam in carnem degenerare, hoc est spurcam totam, totam immundam, suæque portanti ex toto oppositam, tantam concipit ab ea alienationem, ut, nisi sua eum pietas retineret, ad primum Impudicitia

8, 6, 7.

S. Aug.
Civ. l.
15. c. 25.Sap. 12.
16.

est peccatum illico terram sub delinquentis pedibus aperiret. An ignorantis, quid faciant, qui munditiei sunt prae alijs studiosi? ad omnem nervum, ad minima maculam cohortescunt. Si nobilis puella quaequam, cum mensa affider, capillum in catino quopiam observat, toto illo mane nihil quidpiam degustat; in d si de cadavere, de morbo, aut medicamento mentio solummodò incidat, sola illa mentio rei horridae ad nauseam ac fastidium illam commovet. De tali quadam S. Petrus Damiani refert in Epistolis, eam nunquam voluisse manns aqua alijs communi lavare, in d nec panem, nec pomum in mensa voluisse contingere; adeò formidabat digitorum suorum extremos apices illa contingendo conspurcare; & idè, cum ori quidpiam admoventer, aurea illud fascinula inferebat. O beatam si tanto animae puritatem studio adamasset, quanto manuum suarum munditiam servavit! Sed ad propositum revertamur, & ex hoc inferamus, quantum Deus omnem in nobis obscenitatem abominetur, & quantum etiam nos illam infectos debeat abominari! Quantum Deus puritatem suam amat, hoc est, amore infinito, tantum impuritatem nostram odit, odio scilicet patris infinito.

XIII. Ex hoc modò facillè colligitur causam, ob quam Christus Dominus, cum videret eos famis, frigoris, caloris, sitis, defatigationis, & sanavit subiecit, nollet tamen a Marte, ejusdem cum alijs

conditionis nasci, sed talem eligeret, quae Mater simul & Virgo, caeque totius mundi purissima foret; Odium scilicet illud fuit, quo omnem etiam impuritatis umbra averfabatur. Quae etiam causa fuit, ut nollet unquam a Sathana ad actum minus honestam sollicitari, & quantumcunque peccata, ut ita dicam, spiritualia carnalibus graviora sunt, sustinuit tamen in deserto Avaritiã, Gulã, Ambitione, Idololatriã & hujusmodi vitijs impeti, nullã tamen, tametsi minimã obscenitate, tentari se passus est. Hinc etiam non permisit, ut ne à longè quidem sui eum inimici hujus criminis accusarent, utut alijs livore correpti. Imò etiam ex Discipulis suis neminem passus est de hoc scelere accusari. Ex hac ipsa etiam causa, cum pluries toto trium annorum tempore ad concionem diceret, ne una quidem vice impuritatis mentionem inferre voluit, quasi dedignaretur hoc vitium cominus impugnare, ne scilicet hoc monstrum propius contueri deberet. Quo nobis manifestè innotescere voluit, quantum ab hoc genere iniquitatis abhorreret, si non omnium gravissimã, saltè hujusmodi, & omnium maximè homini erubescendã, atque prae omnibus alijs sceleribus exprobabili, propterea, quòd homo pensi non habens, esse similis Deo, cujus imagine insignitus est, maluerit in Brutum degenerare. Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis in sapientibus, & similis factus est illis: non dicit, natus, sed factus; hoc

S. Thom. 2. 2. q. 142. a. 4. p. 2. d. 2. intellexit: comparatus est iumentis in sapientibus, & similis factus est illis: non dicit, natus, sed factus; hoc

EGNERI
IO Christianus

enim summum hominis opprobrium est, quod, cum Brutum origine sua non sit, dignitatis suae oblitus, velit esse libidine; id, quod Sanctus Hieronymus indicavit: *Nihil vilius, quam vinci à carne.*

XIV. Sed quid miramur id, quod Christus Servator hac in re praestitit, cum etiam Cacodæmon, utur alias ad culmen effrenatae perversitatis pertigerit, hoc vitium erubuerit; in quo libido carnalis locum non habet, nisi modo quodam ascititio. Unde sciendum visus est, quâ ratione Cacodæmones illi, qui antequam Caelo exciderent, nobilioris erant naturæ, nunc, cum Diaboli sunt, excellentiæ suæ naturalis non oblitii, etiam in hominibus carnis vitium abominentur; & ideo, quæ mens est S. Thomæ, Christus in deserto peccato carnis tentatus non fuit, quod Sathanas, qui eum tentavit, erat omnium primus ac præcipuus, nimirum Lucifer, quem sua superbia ad tantam villitatem non demisit; haud aliter ferè ac Princeps Latronum, qui in suo etiam latrocinandi munere, in aliorum latronum turba nescio quam observat autoritatem, nec ad quamvis, sed nobilem tantum capessendam prædam cum ijs prodit. Verùm itaque est, quod, cum multi Infernales Spiritus in immunditia hominibus persuadenda occupentur, non nisi ignobiliores, omnium vilissimi & quasi stabularij ad hoc officij destinentur. Imò quod mirabilis est, etiam hi ipsi omnium infimi spiritus nequeunt propudiosis istis se impende-

re suggestionibus, quin aliquem horrorem naturalem commouere, excitatum in ipsis à natura pessimam quidem ac perversam, sed valde nobilissimam. Unde femina quædam, cum in occulto cor & corpus suum immundissimo velleret scelere commaculare, ambigua in luce Cacodæmonem in locucubili vidit, qui eam impunita stomachatus multa cum exprobratione exclamavit: *Vah! Pfiu!* & seminum timore ac tremore, ut ipsius Thomæ Cantipratano retulit, reliquit. Hinc facile cognoscetis, quantum obscena hæc Libido abyssos puritatis nitidissimæ ac mundissimæ Deo inquam nostro, displiceat, cum illa intolerabilis ipsis etiam Demoniis videatur; qui proinde contemnant, & horrent, cum nullam impunitatis speciem refugiant, quænam venentur; sed prolixè ea ratione, quæ Venatores, qui stercore Pantheræ alliciunt ac capiunt. Referunt de Panthera, rem quidem auditu forsèdã, non nego, sed hoc ipso ad argumentum nostrum magis appositum & est, quod truculentia hæc belluæ tanta cupiditate hominis extempera expetat, ut, cum hæc loco aliospensa sunt, quo odorari quidem non autem pedibus pertingere valet, ita se jactet, ita se in altum vibret, saltibus verè lethiferis, ut ex nimia spiritum vitalium profusione demumque concidat & moriatur. *Eccidit se defatigatus prolesu corporis. Ita mundus, quod sanctissimum, aut sanctissimum est. Jam quemadmodum Venatores, qui feræ hujus appetitum norunt, à spec-*

*l. 5. de E-
ruditi.
Princip.
c. 11.*

eitis quidem, quas illiciti gratia per
 reia disponunt, tanquam scedis ab-
 horrent, simul tamen eas amant,
 tanquam venationi suae peraccom-
 das; ita Cacodæmones, qui in Libi-
 dinosis insanam sensualium volupta-
 tum cupiditatem observant, eodem
 tempore eas tanquam longè infra ra-
 tionalis naturæ dignitatem positas
 detestantur, & simul amant, tan-
 quam idoneas, quibus animas sibi
 inimicissimas deprædentur. Simp-
 pliciter autem loquendo horrent &
 averfantur sine dubio plùs, quàm a-
 ment (id quod ex adducto Venato-
 rum exemplo clarum est) quia illas
 horrent secundùm id, quod sunt in
 se, nempe naturam, amant autem tan-
 tum secundùm id, quod ab ipsis
 per accidens nascitur. Sed ut il-
 luc revertamur, unde digressi sumus,
 nepe ad investigandam causam, ob-
 quam Deus Luxuriosos tanto odio ha-
 bet, insuper considerandum est, quòd
 hoc odium ex peccatorum numero sine
 numero concipiatur, quæ à Luxu-
 riosis identidem committuntur. Dæ-
 mon, qui ad Luxuriam pellicit, in Scri-
 pturis Asmodæus vocatur, quæ vox
 juxta linguæ Hebraicæ proprietatem,
 abundantiam peccatorum significat;
 siquidem Luxuriæ vitium seminarium
 est mille nozarum ferax. Fur non
 furatur quotidie. Latro totâ suâ vi-
 râ quandoque ad fensarium homici-
 diorum non pergit. Lufor in Blaf-
 phemias prorumpit; sed non, nisi cum
 fortunam in ludo adversam habet.
 Opifex ad ebrietatem potat; sed die-
 bus tantum populo solennioribus,

qui verò Impudicitia se deditit, tot
 quotidie sceleribus se inquinat, ut
 tota ejus vita torrenti scotentissima-
 rum aquarum comparari possit, in
 quo semper unda undam tradit. Co-
 gitationes, aspectus, nictus, annu-
 tus, verba: vix aliud miseri dies to-
 tos agunt. Horum comparatione
 parvus est operum numerus; licet is
 ipse tantus sit, ut cum ad Confessio-
 nem venitur, iairi ab ipsis non possit.
 Quid adhuc? Ipse somnus ab hac pe-
 ste immunis non est, quæ tamen vitæ
 pars omnium deberet esse innocentis-
 sima; nam cum dormiunt, iniquis-
 sima prodeunt phantasmata, & in i-
 maginationis se scena listunt Anima;
 quæ cum vivacissimis à Dæmone co-
 loribus depinguntur, ultimam quasi
 manum accipiunt, cum ab experre-
 ctis consensu approbantur. Ita dici
 potest, quòd in alijs vitijs Cacodæ-
 mon hamo piscetur, cum prædam
 non nisi exiguam diebus etiam oppor-
 tunissimis apprehendat; at in lacu
 obscenitatis piscatur retibus, si que
 tam amplis, ut paucissimi omnino
 sint, qui felici fugâ ea devitent; *Totum*
traxit in sagena sua & congregavit in
rete suo, ait Propheta, usque ad eò,
 ut parum absit, quin malignus hic
 Spiritus hisce suis retibus totius hu-
 mani generis victor evadat, ac Domi-
 nus: nisi opinionem Sancti Isidori o-
 mnino rejicere velimus, dicentis:
Magis per carnis Luxuriam humanum
genus subditur Diabolo, quàm per ali-
quod aliud.

XVI, Accedit, quòd Deus in Lu-
 xuria vestra non solùm vestrum pec-
 catura

Tt 2

EGNERI
IO CRISTIANUS

catum respiciat, sed omnia etiam aliorum, quibus id quasi gravidum est. Unde ex talicapite sine numero & mensura rationes excreverunt, quæ Deum à vobis in abominabili hoc statu positis avertant. Explico me. Induxistis actu quodam obsceno innocentem quampiam animulam, & cum ad Confessionem peccatorum vestrorum acceditis, scelus illud, ut peccatum unum unicum Sacerdoti explicatis; cum tamen Deus modum numerandi longè alium teneat. Videt ille, quòd Anima illa illibata ac innocens, impurissimâ vestrà linguâ, & impudicissimis manibus pudicitie suæ jacturam fecerit; decies de die impuram illam voluptatem animo repræsentet, quam antè nunquam degustâtat, eamque in corde suo approbet, amet, & acceptet, novamque occasionem inquirat, quâ labra possit poculo tam noxio admovere, cuius dulcedinem appetit, venenum non advertit. Et sic in immensum noxas auget misera, quæ ad anni finem denique plura millia excedunt. Matrimonio constrictâ à thoro maritali ad libidines tuas traducis. Hoc, tuo quidem iudicio, Adulterij peccatum est non nisi unicum; at non ita iudicio Dei. Videt Deus, quòd Matrōna illa antè verecunda & modesta, dies integros intra domum suam exegerit, intenta familiæ suæ regundæ; at ubi per te seducta est, positâ omni verecundiâ toto die virorum confabulationibus assistit, filiabus etiam adultis liberas habenas laxat, partim quòd non possit illam ab ijs mode-

stiam requirere, quam ipsa perdidit partim quia alienam salutem non curat, quæ etiam suam negligit; unde consequi necessum est, ut filie pessum eant, & integræ familiæ, ubi filie malè moratæ vitis olim tradite fuerint, subvertantur. Videt, inquit Deus, longam illam calamitatum appendicem à vobis nec prævisam, nec poenitentia expiatam, quam fœdissimus Adulterij vestri Cometa post se trahit; & tamen, cum Confessione vos accusatis, non nisi fortuitam quoddam in Cælo Rationis vestræ ordinem turbationem exponitis. Ita patitur cum Virgini pudicitiam suam quis rripit, prædo iniquissimus, non nisi unum Sacrilego hoc furto peccatum admisisse sibi videtur; at non ita de vobis Judex vester sententiam fert, qui considerat, quòd Puella illa, infamiae notam, infelici partu incursumdam, à se amolitur, mille vias mōdōsque inquirat, quibus proles, quam sinu gestat, antè occidat, quòd in lucem enitatur; & post multa scœpta experimenta eò denique deveniat, ut fœrum non temporali tantum sed & æternâ vitâ privet, abortum procurando. Quòd si autem attentatum homicidium non succedat, quanta in domo jurgia! quanta inter familias dissidia? quanta in populo murmura? qui strepitus? quòd scandalum? Non raro evenit, quòd hujusmodi Juvencula, ubi verecundiam posuit, toti quandoque patriæ turbam accersat, & universali cupiant Libidinis incendio præbeat alimentum. *Ne prostituas filiam tuam, ut*

contaminetur terra, & impleatur piaculo: ait Dominus; quibus verbis veritatem illam declarat, quod unius male femine emortuum corpus ad integram aliquem populum, antehac sanum, inficiendum sufficit. Et sic omnia ista peccata tam generalia, tam gravia, tam numerosa in illo peccato Deus videt, quod vobis unicum, idque modicum videtur, quodque ex aliqua fragilitate humana, atque infirmitate fiat. Tandem plura Dei oculis, quam vultis, se obijciunt.

XVII. Homo rudis & inexpertus, qui fœcis pestiferi cuiusdam ulceris conuertitur, aliud non averfatur, quam opus illud, quod inde promanat; sapiens autem Medicus multo magis latentem illam mortem horret, quam in fœcis ad plurimorum exitium reconditam animadvertit: namque sagaci oculo perbene in illis centonibus male cognitis plurium provinciarum stragem prævidet, si non confectim igne absumantur. Eandem in peccatis obscœnis Deus methodum observat. Et si hanc observat, admirabilissime postmodum, si eam cum demonstratione horrore infoliti abominetur?

XVIII. O! Quam & vos judicia vestra inutabitis, cum post paululum ad Divinum tribunal fueritis evocati, ubi rei innumere, quæ modò tenebris ignorantie involute latuerant, deteguntur? Ibi singillatim oculis vestris proponentur gangræne vermibus innumeris scæterentes, quas nunc torquesitis coloribus, & pretiosi etiam metalli specie mendaciter inducta ve-

latis. Jam nunc tempore hoc medio perpendite, quod, cum Deus Lascivorum hominum fœditatem immenso odio detestetur, omnino facillè fieri possit, ut eos Regno suo excludat, quemadmodum ore S. Pauli clarissimis minis intentat: *Hoc enim scitote, ait, intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus, non habet hereditatem in Regno Christi & Dei.* Id quod re ipsa Deus efficit, miserisque efficaciam illa Gratiæ auxilia negabit, quibus maximè, ut in Gratiæ decederent, opus haberent. Quin & Dæmonibus facultatem concedet magis absolutam & amplam, in extremo illo articulo eos tentandi; Sanctis contra, ne pro ijs preces fundant, interdicit: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, & in tempore afflictionis eorum.*

Scitote igitur probè, & scitote intelligentes, ne decipiãmini credendo, dignum illum esse, qui inter Angelos sedeat in Cælo, qui dignus non est, ut inter bruta animalia stet in stabulo, ob incognitam nonnunquam etiam brutis animantibus fœditatem. Sed & Jvenes isti, istæ Puelle, inexperti ac rudes non se sinant abduci, & velut in orbem circumagi in remomenti longè maximi, in qua tam facillè omnibus est animæ jacturam facere. *Scitote intelligentes.* Si quis vos ex Diabolis istis humana carne vestitis adoritur, dicitque: Luxuria parvum malum est, facillè confessione expiatur, Lascivus Deus compatitur: hoc eis responsum date,
T 3 quod

EGNERI
IO CRISTIANUS

quod Sanctus Franciscus Salesius impudicæ cuidam femine, ipsum juvenem tentanti, dedit; quod illud? Sputo in faciem projecto tergum obvertit. Quod si facere non audetis, saltem animo vestro certum tenete, hosce ad interitum vestrum mentiri.

Pf. 80.
16.

Inimici Domini mentiti sunt ei, Mentitur, quando promittunt, necessitatibus se vestris subventuros, quando Matrimonij spem vobis injiciunt, quando sincerum erga vos amorem profitentur, omnia in arcano haberi volunt, non nisi summam vobis fidem pollicentur: mentiuntur, inquam, semper; ita enim vobiscum agent, ut cum maturis uvis; hæc tamdiu respiciuntur, dum vino turgent; ubi expressæ fuerint, in vias publicas calcandæ projiciuntur. *Inimici Domini mentiti sunt ei*. Si Dei inimici sunt, pro certo habetote, vestros amicos esse non posse: & si illi fidem in Baptismo datam, & multoties in Confessionis Sacramento renovatam, fallere non verentur, quâ ratione vobis persuadentis, fore, ut eandem vobis frangere reformident? & non potius terga vobis obvertant, moxque ad aliam æ-

quæ stultam ac credulam corvalem vestram digrediantur? Perniciosius adhuc mendacium illud erit, quo culpam extenuabunt, facile remedium insinuabunt, periculum, quod gravissimum est, ceu leve explodent, in quorum tamen æternam salutem perdere, ac Impudicitia, Divinae Voluntati oppidò contraria, præda fieri, antequam periculum advertatis, facili negotio potestis. *Inimici Domini mentiti sunt ei*, & ideo scitote intelligentes, non cognoscendi tantum habitu sed actu, quod *omnis fornicator aut immundus non habet hereditatē in Regno Dei*, Patris: Cælum non patet Carnalibus.

XX. Restat nunc alterum Sermonis caput, ex quo longè adhuc magis fugienda est, ac timenda Luxuria, quod nimirum hominis voluntatem, ut salvus esse velit, reddat infirmam ac inefficacem. Quia tamen constitutum mihi est patientiâ vestrâ non abuti, in alium diem argumentum hoc differam, quo attentionem vestram denuo mihi polliceor tantò magis fructui, quem intendo, respondentem, quò majores ex interposita quiete vires sumpserit.

